

VI.

OGLASNIK LAVANTINSKE ŠKOFIJE

Vsebina: 51. Sacra Poenitentiaria Apostolica. Monita de usu facultatum confessariis tributatum per annum sanctum ad universum catholicum orbem propagatum deque ratione indulgentiae iubilaei lucrandae, ad normas constitutionum Benedicti XIV et Leonis XIII exarata, auctoritate Ssmi D. N. Pii Pp XI ad hodiernam disciplinam accommodata eiusque iussu edita. — 52. Commissio Pontificia de re biblica. Decretum de usu versionum Sacrae Scripturae in ecclesiis. — 53. Sprejem v kn.-šk. bogoslovje v Mariboru. — 54. Blagoslov vode na vigilijo razglašnja Gospodovga. — 55. Spiski oseb, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje. — 56. Zdravniška spričevala za poroko. — 57. Pobiranje cerkveno-konkurenčnih doklad k direktnim davkom. — 58. Prekoračenje državne meje na nedopustnih mestih. — 59. Pobiranje tihotapstva monopolskih predmetov. — 60. Objave. — 61. Osebna naznanila.

51.

Sacra Poenitentiaria Apostolica.**Monita**

de usu facultatum confessariis tributatum per annum sanctum ad universum catholicum orbem propagatum deque ratione indulgentiae Iubilaei lucrandae, ad normas constitutionum Benedicti XIV et Leonis XIII exarata, auctoritate Ssmi D. N. Pii Pp. XI ad hodiernam disciplinam accommodata eiusque iussu edita.¹

Edita hesterno die Apostolica Constitutione »Quod superiore anno«, per quam universale extra ordinem Iubilaeum ad totum catholicum orbem extenditur, summopere interest, ut quae in eadem decernuntur, accurate prudenterque in usum deducantur.

Ut vero id facilius ac tutius effici queat, SS. N. D. Pius divina Providentia Papa XI iussit, quemadmodum per elapsum piacularem annum in confessoriorum almae huius Urbis commodum, ita nunc in totius orbis confessoriorum utilitatem haec, quae sequuntur, monita edenda esse, eademque edixit quam diligentissime ab omnibus esse servanda.

I. Noscant imprimis in compertoque habeant confessarii se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant ea mente et sincera voluntate ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolute censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Confessarii his facultatibus in foro interno etiam extra-sacramentali uti possunt dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus forum sacramentale expresse requiratur.

Parochi tamen peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam Constitutionis »Quod superiore anno« sub n. IX, 10, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis parociae suae.

¹ AAS, 1934, št. 4, str. 149 sl.

II. Facultas absolvendi a peccatis et a censuris ac dispensandi ab irregularitatibus hisce finibus continetur atque circumscribitur, ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur itemque tum solummodo, cum paenitens ab alio confessario, a die octava Paschatis huius anni, a peccatis et a censuris absolutus iam non fuerit vel ab irregularitate dispensatus (cfr. Const. »Quod superiore anno«, sub n. IX, 13). Itaque summopere necesse est confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris, vel irregularitate irretito exquirere:

1^o utrum iam iubilarem veniam, a die octava Paschatis huius anni, lucrifecerit necne;

2^o quodsi eam non lucrifecerit, num, anno piaculari vertente, a peccatis vel a censuris reservatis iam absolutus fuerit; atque id ipsum tum requirat, cum paenitens se sistat aliqua irregularitate irretitus.

Etenim si ipse a die octava Paschatis huius anni vel iam iubilarem veniam lucratus fuerit, vel iam fuerit a peccatis aut a censuris absolutus, vel denique ab irregularitate dispensatus, absolutionem et dispensationem eiusmodi iterum obtinere non potest.

III. Confessarii praediscant ac memoriâ teneant indicem peccatorum censurarum, paenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi coniicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse consecuturum.

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Confessarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu Iubilaei beneficio frui quandiu in foro externo non satisfecerint prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderit, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi Iubilaeum cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo in can. 2342, prohibeant, sub paena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus paenis, de quibus sub n. 2 eiusdem canonis agitur.

IX. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea condicione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab ac-

tibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis paenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae paena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiatur, ita quidem ut confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis paena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio commiserit.

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt:

1^o Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram ecclesiam aut oratorium invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam vel oratorium per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes duodecim semper habendas esse, quae proinde in reliquis ecclesiis vel oratoriis fieri debent. Dispensatio enim alicuius ecclesiae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

2^o Si quis vero, praeter dispensationem alicuius ecclesiae visitandae sacram etiam visitationum numeri imminutionem petat, confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere, quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

3^o Si quis interdum, animo sacras visitationes rite peragendi, ad ecclesiae fores pervenerit, aditu ad eam iam clauso vel quavis de causa impedito, tum satis erit ad easdem fores praescriptas preces recitare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

4^o Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consulitur.

XIII. Cum quatuor ecclesiarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint lubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. Confessio et Communio ad lucranda piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor ecclesiarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicitio, cum Deo reconcilietur.

Haec Monita ad praesentis disciplinae condicionem accommodata, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Papa XI, in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigeant, et ope-

rum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximam piacularis anni ad totum catholicum orbem prorogationem.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die III mensis Aprilis anno MDCCCCXXXIV.

L. Card. Lauri, Paenitentarius Maior.

L. ✠ S.

I. Teodori, Secretarius.

52.

Commissio Pontificia de re biblica.

Decretum de usu versionum Sacrae Scripturae in ecclesiis.¹

Proposito ab Excmo Episcopo Buscoducensi, nomine etiam ceterorum Excmmorum Episcoporum provinciae ecclesiasticae neerlandicae, sequenti dubio:

Utrum permitti possit in ecclesiis populo praelegi pericopas liturgicas Epistolarum et evangeliorum secundum versionem non ex »veteri vulgata latina editione«, sed ex textibus primigeniis sive graecis sive hebraicis?

Pontificia Commissio de Re Biblica ita respondendum decrevit:

Negative; sed versio Sacrae Scripturae christifidelibus publice praelegatur quae sit confecta ex textu ab Ecclesia pro sacra liturgia approbato.

Die autem 30 Aprilis 1934, in audientia infrascripto Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI praedictum responsum ratum habuit et publici iuris fieri mandavit.

Ioannes Baptista Frey, C. S. Sp.
Consultor ab Actis.

53.

Sprejem v kn.-šk. bogoslovje v Mariboru.

Na kn. šk. bogoslovju v Mariboru se prične šolsko leto 1934/35 dne 1. oktobra 1934.

Abiturijenti, ki želijo biti sprejeti v mariborsko bogoslovje, naj predložijo svoje prošnje po pristojnem župnijskem uradu: kn. šk. lavantinskemu ordinariatu v Mariboru najkasneje do 10. septembra 1934.

Svoji prošnji naj priložijo: 1. krstni list; 2. spričevalo o višjem tečajnem izpitu; 3. domovnico; 4. birmsko izpričevalo; 5. potrdilo pristojnega davčnega urada o višini neposrednih davkov staršev oz. svojih vzdrževalcev.

Za sprejem v bogoslovje morejo zaprositi absolventi humanističnih in realnih gimnazij. Abiturijenti realnih gimnazij, ki nimajo izpita iz grškega ali latinškega jezika, morajo obiskovati skozi štiri prve semestre seminarije za klasične jezike in naposled kolokvirati iz latinščine in grščine.

Kandidati, ki so zaprosili za sprejem v bogoslovje, se morajo dne 7. ali 10. septembra 1934 predstaviti ravnateljstvu bogoslovja in zdravniku zavoda, da se ugotovi njihovo zdravstveno stanje.

Gojenci mariborskega dijaškega semenišča naj v svojih prošnjah sporočijo ob enem številko, ki so jo imeli doslej v zavodu za svoje perilo.

54.

Blagoslov vode na vigilijo razglašanja Gospodovega.

Ta blagoslov, ki je po rimskem obredniku str. 535 pridržan Ordinariju, smejo odslej deliti vsi župniki in njih postavni namestniki.

¹ AAS, 1934, št. 8, str. 315.

Spiski oseb, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje.

Zakon o obvezni telesni vzgoji z dne 17. jan. 1934 določa v § 20., točka 1. sledeče:

»Zaradi ustroja in poslovanja obveznega pouka telesne vzgoje je dolžnost občinske uprave: 1. izdelati vsako leto do dne 1. junija s pomočjo voditeljev matičnih knjig po rojstnih letih spiske vse mladine zunaj šol, ki je zavezana obveznemu pouku telesne vzgoje po tem zakonu in jih izročiti pristojnemu upravnemu oblastvu.« § 24. pa določa: »Vsaka občina mora v 3 mesecih po razglasitvi tega zakona izdelati s pomočjo voditeljev matičnih knjig po rojstnih letih spiske vseh tistih oseb zunaj šol, ki so v dotični občini zavezane pouku telesne vzgoje.«

V zvezi s tem je poslalo predsedništvo škofovskih konferenc v Zagrebu dne 25. marca 1934, št. 46/pr. ministrstvu za telesno vzgojo naroda sledeč dopis:

»V zvezi s § 24. zakona o obvezni telesni vzgoji z dne 17. januarja 1934 so nekatere občine zahtevale od župnijskih uradov, da se jim dostavijo spiski po letih rojstva vseh oseb zunaj šole, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje.

Vsled tega ima predsedstvo škofovskih konferenc čast obvestiti visoko ministrstvo, da se tej zahtevi ne bo ugodilo, ker za to ni zakonite podlage.

Pri občinskih oblasteh se nahajajo spiski šoloobveznih otrok, ki jih voditelji matičnih knjig vsako leto dostavljajo tem oblastem in iz katerih je razvidno, katere osebe so že dovršile 20. leto življenja.¹

Poleg podatkov, ki se nahajajo v omenjenih spiskih, so občinskim oblastem pri sestavljanju spiskov oseb zunaj šole, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje, potrebni samo še podatki o dovršenem osnovnem šolanju. Teh podatkov pa voditelji matičnih knjig občinskim oblastem ne morejo nuditi, ker se ti podatki ne vpisujejo v matične knjige; izdajati jih morejo samo šolske oblasti, ki vodijo o tem evidenco.

Z ozirom na to občinskim oblastem za sestavljanje spiskov oseb zunaj šole, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje, niso potrebni nadaljnji podatki, ker, kakor povedano, ni mogoče misliti, da je hotel zakonodajalec s § 24. zakona o obvezni telesni vzgoji naložiti voditeljem matičnih knjig novo težko povsem neprimerno dolžnost, katere, kakor je razvidno iz zgoraj povedanega, dušni pastirji ne morejo izpolniti.«

Na to vlogo predsedstva škofovskih konferenc je ministrstvo za telesno vzgojo naroda dne 28. aprila 1934, O. Br. 1614 sledeče odgovorilo:

»Na Vašo vlogo z dne 25. marca 1934, št. 46 mi je čast sledeče odgovoriti:

V § 24. zakona o obvezni telesni vzgoji naroda se nalaga vsaki občini, da s pomočjo voditeljev matičnih knjig izdela spiske po letih rojstva vseh oseb zunaj šole, ki so zavezane obveznemu pouku telesne vzgoje v dotični občini.

Iz jasnega besedila zakona se vidi, da je zakonodajalec dolžnost izdelovanja spiskov naložil občinam. Ker pa je zakonodajalec znal, da bo v nekaterih izrednih slučajih potrebna pomoč voditelja matičnih knjig, je tudi temu naložil dolžnost, seveda izredno in brez dvoma manjšo, da pri tem poslu z občino sodeluje.

Radi tega je neumestna zahteva nekaterih občin, da se jim dostavijo spiski po letih rojstva vseh oseb zunaj šole, ki so zavezane obveznemu pouku telesne

¹ V lavantinski škofiji se taki spiski predlagajo upraviteljstvom šol.

vzgoje, ako dotična občina že ima spiske, katere so ji dostavili voditelji matičnih knjig v smislu prejšnjega zakonskega člena XXIII. 1827, kakor tudi v smislu člena 30. zakona o osebnih imenih iz leta 1929.

Ministrstvo za telesno vzgojo naroda v polni meri deli mnenje predsedstva škofovskih konferenc, da voditelji matičnih knjig ne morejo dostavljati občinam spiskov onih oseb, ki so zunaj šole, ker morejo podatke o dovršenem osnovnem šolanju izdajati le šolske oblasti.

Zakonodajalec je v §§ 20. in 24. zakona o obvezni telesni vzgoji stavil v pomoč voditelje matičnih knjig zato, da bi bili vsi spiski sestavljeni na podlagi matičnih knjig, pa tudi zato, da bi v slučaju, ako so se ti spiski na občini izgubili, vendar bilo to delo izvršeno v zakonitem roku. Ako tedaj nastopi v občinah zgoraj navedeni slučaj, da so se spiski izgubili, potem bi v tem slučaju po zamisli zakonodajalčevi morali voditelji matičnih knjig dostaviti tem občinam ponovno duplikate vseh onih let, ki se zahtevajo po zakonu o obvezni telesni vzgoji.

Zakonodajalec je bil v teh izrednih slučajih vsekakor prisiljen, da dušnim pastirjem poleg ostalih dolžnosti naloži še to dolžnost v želji, da osnuje sestavljanje spiskov mladine zunaj šole na izvirniku matičnih podatkov.

Ministrstvo upa, da teh izrednih slučajev ne bo mnogo in da dušni pastirji ne bodo s tem prevzeli na splošno nove obveznosti; kadar pa ti slučaj nastopijo, mora zakonodajna oblast zahtevati dokumente od onih, katerim je izročila važno skrb, da vodijo matične knjige.

To se voditeljem matičnih knjig sporoča v vednost in ravnanje.

56.

Zdravniška spričevala za poroko.

Zakon o zatiranju spolnih bolezní z dne 28. marca 1934 (glej Službeni list kr. banske uprave dravske banovine št. 387/49 iz l. 1934) določa med drugim:

§ 9.

Moški, ki stopa v zakon, mora izročiti za poroko pristojnemu oblastvu zdravniško potrdilo, iz katerega je razvidno, da ne boluje za nobeno izmed bolezní, navedenih v § 1. tega zakona.

Državni in samoupravni zdravniki izdajajo ta potrdila siromašnim osebam brezplačno.

Ženska, ki ve, da je okužena, ali pa more po okolnosti to domnevati, pa vendar sklene zakon, se kaznuje po § 256. kazenskega zakonika.

Izdaja lažnega potrdila se kaznuje po veljavnih zakonskih predpisih.

Če verski predstavnik ali predstavnik pristojnega civilnega oblastva ne dobi takega potrdila od moškega, ki hoče stopiti v zakon, pa ga vendar poroči, se kaznuje po določbi prvega odstavka § 399. kazenskega zakonika. Izvzet je primer poroke na smrtni postelji. Če takšen moški ozdravi, se mora dati v mesecu dni pregledati.

§ 14.

Kdor se pregreši zoper predpise tega zakona, se kaznuje, če ni dejanje kaznivo po predpisih kazenskega zakonika, z zaporom do 6 mesecev ali v denarju do 5000 dinarjev.

Pravilnik za izvrševanje zakona o zatiranju spolnih bolezní z dne 15. junija 1934 (glej Službeni list št. 436/54) pa določa glede zdravniških potrdil:

Člen 14.

Zdravniška potrdila za sklenitev zakona izdajajo sanitetne ustanove in zdravniki... Potrdilo ne sme biti starejše od 10 dni pred sklenitvijo zakona.

57.

Pobiranje cerkveno-konkurenčnih doklad k direktnim davkom.

Dravska finančna direkcija v Ljubljani, odsek za neposredne davke, je izdala v gornji zadevi z dne 9. julija 1934 št. 54/27 II. ex 1934 odlok, ki se glasi:

»Ker imajo cerkveno-konkurenčne doklade povsem značaj občinskih doklad, postopajte s pobiranjem istih kakor s pobiranjem občinskih in drugih doklad.

Naročam, da se točno ravnate v smislu prednjega odloka.

Vse v tem pogledu iziše naredbe so s tem odlokom razveljavljene.«

58.

Prekoračenje državne meje na nedopustnih mestih.

Dodatno k opozorilu, objavljenemu v Oglasniku pod gornjim naslovom,¹ je kraljevska banska uprava dravske banovine v Ljubljani z dopisom od dne 27. junija 1934 Pov. II/2. No. 2233/2 semkaj sporočila še tole:

»Kljub temu, da je banska uprava že v začetku meseca maja letošnjega leta z vso resnobo svarila obmejno prebivalstvo, naj ne skuša na tajen in nedopusten način hoditi čez državno mejo, se vendar še vedno ponavljajo vsega obžalovanja vredni primeri, da je ob nameravanem prekoračenju državne granice po necarinskih potih in na nedopustnih mestih kdo ustreljen od straž pogranične trupe, ker se ni pokoraval glasnemu pozivu straže.

Obmejno prebivalstvo mora samo izprevideti, da je strogo zastraženje državne meje v interesu vseh državljanov, zlasti pa še njih samih kot neposredno izpostavljenih raznim sumljivim elementom, ki skušajo tajno prekoračiti državno mejo s škodljivimi namerami. Zato država ne sme in ne more odstopiti od svoje pravice in dolžnosti, da z vsemi razpoložljivimi sredstvi varuje državno mejo.«

O tem se vsi župnijski uradi in dušni pastirji, zlasti še oni v obmejnih krajih lavantinske škofije, obveščajo z naročilom, da o tem primerno poučijo ljudstvo.

59.

Pobijanje tihotapstva monopolskih predmetov.

Ministrstvo pravde, verski oddelek XIII, je z dopisom z dne 23. junija t. l., št. 52109 semkaj dostavilo vlogo ministra za finance istemu ministrstvu z dne 25. maja t. l., št. 21053/I, v zadevi tihotapstva monopolskih predmetov.

V tej vlogi minister financ najprej ugotavlja, da se je v zadnjem času zelo razpaslo tihotapstvo monopolskih predmetov, posebno tobaka, kar zelo škoduje državnim dohodkom, in da se tihotapstvo vrši večkrat pred očmi državnih uslužbencev oziroma da ti aktivno sodelujejo, ker kupujejo in pušijo tihotapski tobak.

¹ Oglasnik, 1934, št. V. str. 50.

Nato minister financ povdarja, da morajo ravno državni in samoupravni uslužbenci v prvi vrsti pomagati državi pri pobijanju tihotapstva in vsak slučaj takoj naznaniti svojim nadrejenim starešinam. Ako bi kak državni ali samoupravni uslužbenec ravnal drugače, se bo to smatralo za najtežje zanemarjanje službene dolžnosti, ki bo imelo za posledico odstranitev iz državne oziroma samoupravne službe.

60.

Objave.

1. Gospod minister za notranje posle je z razpisom z dne 29. maja 1934, III. br. 14.879, na osnovi čl. 1. zakona o imenih mest in ulic in o oznamovanju hiš s številkami z dne 18. februarja 1930, odredil, da se naziv trga Konjice v konjiškem srezu izpremeni v »Slovenske Konjice«.¹

2. Glasom poročila župnijskega urada Remšnik z dne 11. junija 1934, št. 144 je od 1. junija t. l. pošta za Remšnik Brezno ob Dravi in ne več Marenberg.

61.

Osebna naznanila.

Imenovanja. Za upravitelja dekanije Rogatec je imenovan vlč. g. Jožef Žekar, nadžupnik v Rogatcu (3. jun. 1934); za kn.-šk. duh. svetovalca je imenovan vlč. p. Elekt Hamler, zlatomašnik pri Sv. Trojici v Slov. gor. (16. jun. 1934); za kanonika lavant. stolnega kapitlja je sv. Oče Pij XI. z apost. pismom od dne 23. jun. 1934 imenoval preč. g. dr. Ivana Žagar, prošta, dekana in mestnega župnika v Ptuj.

Postavljeni so bili čč. gg.: Alojz Sunčič, kaplan pri Sv. Križu na Slatini, za provizorja istotam (3. jun. 1934); Vincenc Holcman, kaplan v Laškem, za provizorja pri Sv. Duhu na Ostrem vrhu (16. jun. 1934); Anton Šparl, kaplan pri Sv. Petru pod Sv. gorami, za provizorja istotam (18. jun. 1934) in Matija Krevh, kaplan pri Mali Nedelji, za provizorja pri Sv. Antonu na Pohorju (1. jul. 1934).

Nastavljeni so bili kot kaplani čč. gg. semeniški duhovniki: Alojz Bratuša v Laško, Franc Križan v Griže, Franc Murko v Bizeljsko, Franc Pečar v Videm in Ludvik Prelog v Sv. Martin pri Šaleku (16. jun. 1934).

Prestavljen je bil č. g. kaplan Anton Bratkovič iz Makol k Sv. Marku niže Ptuja (1. jul. 1934).

Začasno nezasedeno ostane kaplansko mesto v Mali Nedelji in Makolah.

Umrli so p. n. gg.: Franc Korošec, častni kanonik, konzist. svetovalec lavant. in dja-kovske škofije, dekan in nadžupnik v Sv. Križu na Slatini, dne 2. jun. 1934 v 75. letu starosti; Karl Hraaba, vpok. ž. iz celovške škofije, dne 12. jun. 1934 v Ormožu v 62. letu star.; Jakob Rožman, kn.-šk. duh. svetovalec in župnik v Sv. Duhu na Ostrem vrhu, dne 12. jun. 1934 v 58. letu starosti; Ivan Lah, župnik v Sv. Petru pod Sv. gorami, dne 16. jun. 1934 v 56. letu starosti in p. Pavel Potočnik, frančiškan, kn.-šk. duh. svetovalec in katehet v Mariboru, dne 19. jun. 1934 v 54. letu starosti; Martin Jurhar, mestni župnik v Brežicah, dne 25. jul. 1934 v 54. letu starosti (umrl v ljubljanski splošni bolnici) in Matija Zemljčič, kn. šk. duh. svetovalec in župnik pri Sv. Tomažu pri Ormožu, dne 26. jul. 1934 v 62. letu starosti. R. I. P.!

Ordinacije: a) dijakona t dne 29. jun. 1934 v marib. stolnici: Jožef Berden, Janez Koren; frančiškana: fr. Leonard Bogolin in fr. Marcel Marinšek; trapist fr. Janez Krstnik Kolednik. — b) prezbiterat dne 8. julija 1934 v marib. stolnici: Jožef Berden, Franc Kač, Janez Koren, Franc Merkač, Jožef Mlaker, Karl Pepelnjak, Alojz Šoštarec, Janez Bombek, Franc Jager, Franc Murko, Franc Petančič, Viktor Ramšak, trapist fr. Bonaventura Toplišek in kapucin fr. Gabriel Škof.

¹ (Službeni list kr. dravske banovine, 376/47 iz 1. 1934).

Lavantinski knezoškofijski ordinariat

v Mariboru, dne 27. julija 1934.